



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

193. An Religiosus ejectus ab Ordine, si emendatus petat ingredi,
teneantur superiores iterum in religione eum recipere, sicut jus habet
Religio revocandi Religiosum ejectum? Et an religiosus ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

S. Ignatij, lib. 3. num. 20 vbi sic ait: [Quelle quali à poi di nobilita, e di sapere, che à meno Saggi san contrapelo a' demeriti di chile hà, onde pare, che ad alcuni non sopporta il cuore di vederli tornarsene al secolo, à lui non erano di verun peso, per tirarlo ad affectionarsi loro, si che li ritenesse, oue non ne fossero digni, o punto si risentisse per doglia, quando riuiscita loro intolerabile la disciplina religiosa, partiuano. Così liberò se, e la Compagnia dalle inquietudini di D. Teotonio, figliuolo del Duca di Braganza, e nipote d'Emannello Rè di Portogallo: e licentio vn frater cugino del Duca di Bisogna, parente di Giouan di Vega, Vicerè di Sicilia, grande amico, e gran benefattore del Santo: nè per ritenerlo valsero le ragioni, e le suppliche di Pietro Ribadencira; à cui il giouane, piangendo direttamente, e suggerendosi ad ogni piu seuerè castigo, si raccomandò perche gl'impetrasse dal Padre Ignatio, come egli diceua, misericordia. E oltre altri buonimi di gran sapere, de quali frà poco dirò, spedi ancora Christoforo Lainez, fratello di quel Diego Lainez, che pur gli era si caro. E perchè egli non hauea di presente, nè di che viuere in Roma, nè con che ritornarsene in Ispagna; e il medesimo Ribadencira pregò il Santo, à dargli per ciò qualche sussidio di denari: negollo risolutamente; & aggiunse queste espresse parole: Pietro, se io hauesse tutto l'oro del Mondo non aiuterei d'un sol quattrino quelli, che per demerito si rendono indegni, che la loro Religione li tenga. Il che ragione è, che intendan bene coloro, che vogliono à Dio, & alla Religione le spalle, o rinuocando (ch'è il medesimo) indigni d'esservi ritenuti, pretendono, che in uscire si paghino loro le fatiche, che viuendo in essa durarono: come se non le hauessero donate à Dio, mà date à censo alla Religione: si che tiratore i frutti del mantenimento d'ogni di; poscia al partire, donasse loro, come à sconto di debito, rendere il capitale.] Ita ille: Quæ omnia adnotare volui in gratiam Societatis, cui quidem me addictissimum esse profiteor. Verum, his non obstantibus, remitto me Sacre Congregationi, si aliter determinauerit; Purpuratorum enim Patrum Responfa venerator.

RESOL. CXCII.

An expulsus à Religione teneatur se corrigere, vt iterum in illam admittatur?
Et notatur, quod Religiosus expulsus teneatur ad votum castitatis.
Et an ratione voti teneatur ad obedientiam Episcopi?
Et difficultas est quoad votum paupertatis, an expulsus à Religione maneat liber ab hoc voto, & quidquid acquirat, an Monasterio acquirat?
Et quid de officio diuino, si non est in Sacris, de ieiunijs, & alijs annexis Religioni? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 60.

Sup. hoc infra §. 1. Affirmatiuè respondet Conradus in respons. in Ref. 194. ad medium. a. tom. 1. q. 5. 2. art. 3. Aragon. in 2. 2. q. 88. art. 3. Graffius in decis. p. 1. lib. 3. cap. 5. n. 47. Philiarthus tom. 1. p. 2. lib. 2. cap. 21. Molina de inst. tom. 1. tract. 2. dis. 140. Federicus de Senis consil. 134. Additionator Nauarræ consil. 77. de Regular. lib. 3. & alij.

2. Mihi verò contraria sententia probabilis etiam videtur, quam docet Azorius tom. 2. lib. 12. c. 17. q. 1. & c. 16. q. 6. & Nauarr. consil. 78. & 80. de Regul. & ideo Villalob. in summ. tom. 2. tract. 35. diff. 39. n. 2. sic asserit. [Es probable que los que han sido escluydos legitimamente de la Religión, no tienen obligacion de boluerse à ella. La razon es, porque no ay derecho

Sup. hoc in

que à esso les obligue, y assi pueden quedarse en el Religio de baxo de la obediencia del Obispo.] Ita ille, & ante illum Nauarr. comm. 2. de Regul. tom. 36. & Rodriq. tom. 1. q. 30. art. 2. 1.

3. Nota tamen quod Religiosus expulsus teneatur ad votum castitatis, de obedientia autem Nauarrus, & Rodriquez putant non solum teneatur ad obedientiam Episcopi, vt alij Clerici, sed etiam ratione voti. Videtur statim postquam expulsus est, debet Episcopum adire, & certiore illum facere de sua expulsiōe. Sed hæc sententia mihi non placet, sicut dicitur Socot. lib. 7. quest. 1. art. 1. Azorio p. 1. lib. 12. cap. 16. quest. 1. & alij. Dicendum est igitur, Religiosum expulsum manere liberum à voto obedientiæ, & teneatur tantum Episcopo obedire, vt alij Clerici.

4. Sed difficultas est quoad votum paupertatis. Sotus vbi supra docet manere liberum ab hoc voto, quia Monasterium ei alimenta non præbet. Sed contrarium communiter tenent, & ego puto quod quodquid acquirat, Monasterio acquirat, vt probat Molina dicta disp. 140. Verum aduenit Villalobos vbi supra num. 10. [Que podra dar limosna; y hazer donaciones mientras viue, como si no fuera Religioso, no obstante que no tiene dominio, porque toda la comodidad, y incomodidad de la hacienda, que tiene, corre por su cuenta, y por esto dize Molina, que si gasta algo con rameras, o en otro mal trato traspasare el dominio, no esta obligado el que lo recibe à restituirl, mas esto no me quadra. porque no es justo darle tanta libertad, pues no tiene dominio.] Sic Villalobos Ad opinio Molina, quam Villalobos impugnat, mihi probabilis videtur, & illam tenet etiam Ioannes Salas tract. de Iudo, dub. 21. num. 5. Lessius lib. 2. cap. 4. 1. dub. 15. num. 113. & in terminis docet Sanctatellus tract. de Apostat. cap. 6. dub. 3. num. 11. adde quod post hæc scripta inueni Ioannem Franciscum Suarez in Enchiridio cas. consil. lib. 3. c. de voto Obedientiæ, absolute docere professum eiectionem non teneri ad vota paupertatis, & obedientiæ, nec ad officium diuinum, si non est in sacris, nec ad ieiunia, aliæ annexa Religioni. Ita ille.

RESOL. CXCIII.

An Religiosus eiectus ab ordine si emendatus petat ingredi, teneatur Superiore iterum in Religionem eam recipere, sicut in habet Religio renouandam eiectionem?
Et an Religiosus eiectus, quando admissio in suam priuatiuam Religionem post debitam correctionem dispensatur, non teneatur ad aliam Religionem transire?
Et an Religiosus eiectus non teneatur redire ad ipsam Religionem, de qua eiectus est?
Et an eiecti à Religione non teneantur ad præcepta, & ieiunia in Regula Religionis contenta, de qua eiectione sunt?
Et an eiecti possint ad Ordines promoueri? Ex p. 3. tr. 2. Ref. 116.

§. 1. Affirmatiuè respondet Molina de inst. tom. 1. disp. 146. ver. quid ad votum. Cordo. b. a. v. regula D. Francisci c. 2. q. 7. punct. 2. Lessius lib. 2. c. 41. dub. 15. n. 112. & alij.

2. Mihi verò magis placet sententia negativa, quam ex D. Bonauentura tuetur Antonius Sanctatellus tract. de Apostat. cap. 5. dub. 2. num. 15. cui ego addo Sanchez in summ. tom. 2. lib. 6. cap. 9. num. 32. qui citat Azorium, & Rodriquez. Ratio est, quia ex ista sententia Religiosus eiectus condemnatus est, vt extra Religionem viuat; ergo Religio non potest cogi ad eum recipiendum. Nec valet dicere cum Lessio vbi supra, quod si Religio habet ius renouandi Religio

Religiosum eiectum; ergo etiam iste debet habere ius compellendi Religionem ad eum emanatum recipiendum; nam respondeo quoddam est dispar ratio. Nam cum Religio sit innocens, mirum non est si potiori iure gaudeat, quam Religiosus, qui suis delictis Religionem laesit.

3. Notandum est etiam hic contra Federicum de Senis conf. 38. & alios quos citat, & optimè reprobant Sanchez loco citato, 34. Religiosum eiectum, quando admissio in suam pristinam Religionem post debitam correctionem desperatur, non teneri ad aliam Religionem transire. Adde etiam, quod aliqui, uti supra visum est, probabiliter asserunt, Religiosum eiectum non teneri redire ad ipsammet Religionem, de qua eiectus fuit.

4. Item contra Hieronymum Rodriguez in cõpend. Reg. v. sol. 57. n. 6. & Emanuelè Rodriguez in qq. Reg. tom. 1. q. 30. art. 19. puto eiectos à Religionem teneri ad præcepta, & ieiunia in regula Religionis de qua eiecti sunt, sub præcepto contenta, & ita teneri Io. Franciscus Suarez in enchirid. cas. conf. lib. 3. §. de voto obedientia, & Sanchez num. 53.

Et tandem nota non posse dictos eiectos ad Ordines promoveri, vnde cum illis debent dispensare Prælati ante expulsionem per privilegia Ordinis, vel Episcopus, si in illas irregularitates dispensare possunt. Vide Hieronym. Rodriguez ubi supra.

RESOL. CXCIV.

An iustus eiectus à Religione si aliquid acquirat, Monasterio acquirat? Et ex doctrina huius questionis inferatur, an Religiosus eiectus, si se dignum efficiat, & reformet suos mores, teneatur eum Monasterium recipere? Et an teneatur etiam ipse redire, quoties fuerit à Monasterio vocatus? Ex p. 7. tr. 1. 2. Milc. 3. Ref. 4. alias 2.

S. 1. A ffirmatiuam sententiam docet Lopez de Texeda in Controuer. Theologia Moralis tom. primo, libr. secundo, tract. 1. controuer. 10. dub. 1. n. 12. ubi sic ait. Cæterum religiosum sic per sententiam iustam à Religione eiectum, quicquid acquirit in saeculo, acquirere Religioni esse omninò certum mihi persuadeo propter multa. Primò, quia illius Religio si delicta, & laudabilis Religionis consuetudo repellendi à se inquietos, & Religionis destructores, non debet ei nocere, nec præiudicare, nec debet eam privare iure quod habebat ad bona illius religiosi. Secundò quia Religionem eiecere religiosos inquietos, & scandalosos, eique nociuos, ne sua conuersatione præiudicium cum aliis religiosis, illos perdat, est favor in commodum Religionis, & augmentum eius introductus: ergo non debet in detrimentum eius ob alicuius religiosi facinora retorqueri, nam ut habet regula iuris à nobis non semel repetita, quod in fauorem alicuius institutum est, non debet in detrimentum eius retorqueri: at si Religio vel monasterium ob eiectionem iustam per sententiam comprobantem eius delicta priuaretur iure, quod habebat ad bona religiosi, favor iste, seu ius, quod habet ad expellendum religiosum inquietum, ut cæteros religiosos bonos seruet, retorqueretur in eius detrimentum, ergo, Tertio; quia religiosus eiectus à Religione per sententiam iustam non est totaliter à Religione præcisus, & auulsus, quin si se dignum efficiat, & reformet suos mores ac de perpetratis culpis peniteat, teneatur monasterium eum recipere, & ut diximus teneri ipse redire, quoties fuerit à Monasterio vocatus, & id debet habere in præparatione animi, immò si redire noluerit,

Tom. VII.

potest compelli per censuram excommunicationis, vel per alias pœnas, & supplicia, ut expressè habetur, cap. ult. de regul. iur. ubi supponitur eiectos si fuerint vocati, teneri redire. Hucvique Texeda; cuius sententia stando in iure communi mihi placet, licet contraria sit probabilis; tamen hodie sustineri non potest, nam ut obseruat Eminentissimus Cardinalis de Lugo de Iustificato. 1. dispur. 3. sect. 11. num. 140 Sanctarellus tract. de Apostasia cap. 76. dub. 2. num. 6. noster Pater Leone de Cens. Recol. 6. litera E. num. 331. Lezana in Summa Q. Q. Regul. tom. 1. cap. 23. num. 16. & alij, per motum proprium Gregorij XIII. bona Religiosi eiecti post ipsius mortem pertinent ad Cameram Apostolicam. Notat tamen & optimè citatus Eminentissimus Cardinalis de Lugo supradictum motum Gregorij XIII. non obtinere, si ille Religiosus eiectus recipiatur in alia Religione, quia solum procedit, quando Religiosus extra Religionem obiit, qui autem ad aliam transit, non moritur extra Religionem.

RESOL. CXCIV.

An Religiosi eiecti, si expendant bona in usus illicitos, teneantur accipientes ea Monasterio restituere? Et aduertitur Religiosum habentem licentiam à Superiore expendendi bona in quoscumque usus vellet, non peccare contra iustitiam, si det talia bona meretricibus, &c. nec eas teneri ad restitutionem. Ex p. 7. tr. 1. 2. Milc. 3. Ref. 5. alias 3.

S. 1. A ffirmatiuè respondet Lopez de Texeda in Controuer. Theologia Moralis tom. primo, libr. secundo, tract. 1. controuer. 10. num. 17. Primò, ait ipse, quia religiosus eiectus est verus religiosus non secus ac alij, qui intra claustrum Monasterij commorantur, nullum alicuius rei dominium habens, & si peruersè aliqua bona infumat, ac in turpes usus elargiatur, recipientes tenentur restituere id omne, quod ab eo acceptum: ergo idem prorsus dicendum est de religioso iusto à Religione eiecto. Maior huius syllogismi est certa, & minor etiam est persè nota, consequentia verò sequitur necessarid ex præmissis. Secundò, quia eiectus etiam per sententiam iustam non aliter potest expendere bona acquisita, quam iuxta Prælati Monasterij voluntatem interpretatiuam, & iuxta facultatem ei ab eo traditam, cum non sit illorum bonorum dominus, ut manifestum est: qua ratione fatetur Molina, & Nos supra censuimus esse omninò verum, religiosum eiectum, per vltimam voluntatem sine expressâ Summi Pontificis licentia disponere non posse de bonis acquisitis: cuius ratio est, quia usus & commoditas illorum bonorum solum illi conceditur, interim dum viuunt, ac præsumendum non est Monasterium, nec eius Prælatus ad huiusmodi turpes alienationes ei concedere licentiã, dum vsum, & facultatem talium bonorum ei concesserunt. Immo quamuis Prælati male faciens facultatem concederet tali Religioso eiecto consumendi pecunias in turpes, & inhonestos usus, talis licentia esset prorsus valore destituta. & idè talis religiosus eiectus in dispositione talium bonorum, ita se haberet, ac si absque vlla licentia de illis bonis disponeret: nam Prælati non habet potestatem dissipandi bona Monasterij. Tandem confirmantur omnia ista, quia religiosus eiectus, vel manet verus religiosus, & cum voto solemnè paupertatis, vel non: hoc secundum dici non potest, ut notum est, ergo dicendum est primum: Tunc sc. Sed qui accepit à Religioso solemniter professio bona aliqua absque Prælati licentia, quamuis ipse sine tali licentia alienando illa bona peccet mortaliter,

L 2

& 2. & in alio vers. eius tunc de annot. & lege Ref. 193. à principio, & infra ex Ref. 196. vide S. Nec obstat, ad mediũ à vers. Itaque, & duo §§. seqq.

in hac Ref. seq. sup. in vsque ad not. Ref. 192. §. vlt. euriã mad medium.